

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

19 Jan. 14 Kal Feb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

19 Jan. 14 Kal. Feb.

S. Abundantia, cui in baptismo, ultrò, in templo, accensæ sunt lampades: cui & nascenti, & morienti campanæ, absque mortali ope, applausere: cujus mortem pretiosam etiam canentes Angeli ornavere. Ne, quæso, miseri hujus morientis obliviscere, inter æternas delicias tuas, apud JESUM tuum, & MARIAM. Ora illos, ut lætitiam Angelis Dei creet mea mors, non verò dæmonibus: ut, in templo sancto gloriæ suæ, Deum meum, unâ tecum, benedicam, æternum benedictus. Amen.

Sancti Mari, & Martha, nobiles conjuges, cum filiis Audiface, & Abachum, Martyres, inter agendas Deo gratias, fustes, equuleum, ignes, uncos ferreos, manuum præcisionem, passi, & decollati.

S. Germanice Martyr adolescens, à ferâ dilaniare.

Sancti Paule, Geronti, Januari, Saturnine, Succesle, Juli, Cate, Pia, & Germana, Martyres.

S. Pontiane, virginis cæse, qui carbonibus nudipes inambulans, ne quelæsus; equuleo, & uncis ferreis

F 4 suspen-

504 ANNI CÆLESTIS

suspensus, in carcere ab Angelo vi-
sitatus, leonibus expositus, plumbo
perfusus, gladio percussus es.

S. Bassiane Episc. hæreticorum
mallei, qui dum sacro fonte lava-
teris, Angelus, pulcherrimâ luce
splendens, te candidâ veste induit
qui in lance falsâ, dæmonem æ-
thiopem parvulum aspexisti, &
fraudulentum illum mercatorem
convertisti: qui noctu SSS. Trini-
tatem rogans, ut te ad gloriam, di-
ligentibus se promissam, dirigeret,
vocem è cælo audisti: *Lætare, fidi-*
lissime satelles Christi; quoniam de-
precatio tua admissa est coram Domi-
no, & sedes gratissima in cælo tibi pa-
rata: qui à S. Joanne Evangelista
monitus es, ut patris tui technas
effugeres.

S. Wulstane Episc. in Synodo,
contra mendaces, à Sanctis Dun-
stano, & Osvaldo, defense: qui
post mortem Roberto Episcopo
apparuiti, eum de ignaviâ corri-
puisti; ut sibi, ac suis acriter atten-
deret, monuisti; ac dixisti, sic eum
peccatorum veniâ, & cæli convivio
potiturum: coram quo homo, ini-
nico ignoscere nolens, à dæmone
primò, secundò, tertióque arreptus,
à te postmodùm, ubi ex corde igno-
rit, curatus est.

S. Ca-

S
S
gelo vi
olumbo
s.
icorum
e lava
nâ lucc
induit
em x
sti , &
atorem
Trini
m, di
igeret,
re, fide
am de
Dom
tibi pa
gelista
echnas
nodo,
Dun
: qui
iscopo
corri
atten
c eum
vivio
o, ini
mone
eptus,
igno
.. Ca

XX JANUARII. 105

S. Catelle Episc. in carcere, à S. Michaële Archangelo, bono animo esse justæ.

S. Launomare Abba, qui oratione, signo Crucis, & oleo, ignem, morbos, dæmones, fugâsti.

S. Aquiline Herbipolensis, qui à Coloniensibus, tūm à Parisiensibus, (quos à peste liberaveras) pro Episcopo optatus, ac fugâ elapsus, demum ab Arianis gladio in gutture transfixus, nobilis Deo victima cecidisti: & illi repente, coortâ densâ nebulâ, impediti sunt, ne sacram tuum corpus auferrent.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 44.

S. MARIA, quæ S. Abundantiæ, octo annos nata, JESUM parvulum attulisti; à quo illa aureum pomum accepit, & ei flores hibernos dedit. Da mihi, quod ei donem; & fac, ut id donem Filio tuo, quem in Eucharistia accipio, quod illi maximè placet!

20 Jan. 13 Kal. Feb.

S. Sebastian miles, qui è cælo audiisti: Nunquam non tecum eris; qui ex aperto Angeli coram te libro visus es omnia dicere, quæ dicebas; qui fracto, in astrologiæ judiciariæ usus.